

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

An ex consuetudine excusari à residentia chori possis, & distributiones
lucrari. §. 12

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

Supradicta doctrina aliquas patitur limitationes: Prima nisi causa virgins sit, neque cogitata per Canones, & Pontifex facilè Confusum non potest. Tunc enim poterit Episcopus ex consensu Capituli aliquid statuere contra Canones, debet tamen in ipso statuto causam eius exprimere. Sic Abbas in cap. fin. de consuetud. num. 10. Felius cap. Quod super his, de maior. Et obed. num. 4. & cap. 1. num. 49. de consuet. Prax. nova Episcop. cap. 2. num. 7. vers. primo, quos allegat Barboz. 3. part. allegat. 93. num. 3. Verum hoc non tam vocari debet statutum, quam dispensatio. Secundò, si dubium sit. An illa concessio, & exemptione, facta per statutum comprehendatur sub ea, quæ sit à iure? Tunc enim poterit statutum fieri, quia etiæ quia uris declaratio. Sic relato Phelippe, Probo, Felino, Hozeda, & alii docet Barboz. sup. dict. num. 3. in fin. Ex qua doctrina dici possit, primum valere statuum de sublacione pro inferuentibus quadraginta annis factum. Quia dubium est, an ex illa ex parte valent assistere. Secundo, valere statuum concedens prebendatis distributiones quotidiana tempore vacationis, cum prebenda non haberetios fructus. Quia dubium est, an runc sub nomine fructuum illius distributiones comprehendantur. Tertiò, si statutum confirmatum sit à Sede Apostolica valet. Quia tunc non valer ratione statutis, sed ex Pontifice confirmante. Sic referunt doctrinam Nicolaus Garzia decimus p. de benef. cap. 1. num. 167. & 214. & sequentur Barboz. 3. p. allegat. 53. n. 116. Debet tamen statutum esse confirmatum ex certa scientia, & cum causa cognitione, neque sufficiere confundari in forma communis, ut multis exornat Garzia sup. à num. 21.

§. XII.

An ex consuetudine excusat à residentia possis, & distributiones lucrari.

- 1 Sublata est per Concilium consuetudo absentiæ ultra tres menses. difficultates habet. An extenuatur ad conjectudinem immemoriam.
- 2 Si post Concilium ex causa rationabilis introducitur sit consuetudo absentiæ ultra tres menses; validata est.
- 3 Convenit, quæ viget in aliquibus Ecclesiæ absentiæ per quatuor menses, re, utanda est legitima.
- 4 Si consuetudo introducitur sit lucrandi distributiones: presumi debet honesta.
- 5 Potesit hæc consuetudo extendi ad frumentares Episcopo, studentes, doctores, &c.
- 6 Introduci potest consuetudine, ut Canonicis tempore diuinorum missarum in eadem Ecclesia celebrantes lucentur distributiones.
- 7 Idem ext. ad potest ad confessiones audiendas.
- 8 Idem iurius est de confessione per grinationis aliquibus insigniis.
- 9 Valit con uito concedens tubulum a sententia sui qui quadragesima os inferuerunt Ecclesiæ.
- 10 Valit consuetudo coedens factis distributiones intercessentibus matutinis horis, & aliis.
- 11 Potesit conjectuaria introduci, ut chori obligationi satisficiat, si per aliud affectum.
- 12 idem iurius est de consuetudine, ut unus pro alio suppeditat.
- 13 Obtinere consuetudinem potest, ut fructus primi anni dentur habendis defundit.
- 14 Conjectuaria obtinere potest, nullam esse obligationem interfessendi matutini.
- 15 Conjectuaria firmari potest, consuetudo grossæ ex affectu entia unius horæ singulis diebus, vel ex affectu aliquorum dierum singulis annis.
- 16 Sufficiere debet consuetudo concedens duos, vel tres dies inhibitionis redemptoris ex aliquo negotio.
- 17 Quid scilicet a consuetudine faciendum est.
- 18 Conuetudo assumendi singulis hebdomadibus unum, vel diuidium diem recreationis protensione barba, non satis probatur.
- 19 Contra veritatem introduci potest consuetudo non lucenti distributiones affectando choro, si fructibus compensetur affectatio, ecclesie & contraria.
- 20 Valit consuetudo, quæ cauetur, ne lucretur distributiones infirmi, qui extra locum, in quo est Ecclesia existit, vel demoegreditur, & non ad Ecclesiam.
- 21 Distributiones reliæ ex testatorum voluntate intercessentibus officiis, nulla consuetudine introduci potest, ut dentur alias.

Pro certo habendum est sublatam esse à Concilio siff. 24. cap. 12. Omnem consuetudinem, quæ beneficiariis ultra tres menses absentiæ à choro permittetur, & distributiones concedatur. Sic ex variis decisionibus comprobatur Garzia 3. p. de benef. cap. 2. à n. 197. Aloysius Riccius prax. resol. 392. n. 2. Barboz 3. p. de potestate Episcop. allegat 53. num. 115. & 116. Qui ex supradictis declarationibus extendunt ad consuetudi-

nem immemoriam. Quid tamen difficultate non caret. Nam absentia ultra tres menses, cum per se turpis, & in honesta non sit, non censetur revocari, si consuetudine immemoriam firmata sit. Quia consuetudo immemorialis non tollitur per clausulæ generaliæ, & viuere saltem revocantem omnem consuetudinem, sed requiritur, ut illius fuerit facta expressa mentio. Flor. Vat. lib. 2. q. 10. n. 44. Manuel Rodriguez Rev. q. tom. 1. q. 9. art. 5. ad fin. em. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. sol. 5. 3. n. 2. & a iij relati à Garzia 3. p. de benef. c. 2. n. 190. cum autem à Concilio expressè dictum non sit, non obstantibus quibuscumque statutis, & consuetudinibus etiam immemorialis sed solum dictum sit, non obstantibus quibuscumque statutis, & consuetudinibus, &c. fieri consuetudinem immemoriam sublatam non est, & fuit ratio. Quia consuetudo immemorialis presumitur ex fundatione, vel priuilegio, aliòve simili titulo procedere. Sed revocari consuetudine non censetur revocari priuilegia, & fundationem. Ergo neq; immemoriam consuetudinem, & ita in praesenti docet Menoch. cons. 90. n. 65. & cons. 402. n. 9. Carol. Macig. de hor. can. q. 65. n. 9. & probab. 16 repuat Bonac. diff. 2. q. 5. p. 6. uies 6. verum. Petrus dec. 5. & 205. Ex qua ratione forte oritur id, quod video feri in omnibus Ecclesiæ Hispaniae obseruari, dignitates possidentes non obligari ad residenciam. Contendunt enim sic habere prescriprium ex consuetudine immemorialis, cui Concilium obligans dignitates ad residendum, non videtur derogare voluisse.

2 Ceterum quidquid sit de consuetudine ante Concilium, at si post Concilium introducta sit consuetudo lucrandi distributiones tempore recreationis, vel alio, quo à residencia es legitime excusat: item si sit introducta consuetudo vacationis maioris, quam ultra tres menses. Si haec inquam consuetudo ex honesta rationabilis que causa sit, valida erit, ex cap. fin. Sic pluribus firmat Couar. 3. var. cap. 13. num. 6. Garzia 3. p. de benef. cap. 2. num. 348. Riccius deci. 498. num. 2. Valiqu. 2. de benef. cap. 4. 8. dub. 1. Bonacina diff. 2. de hor. can. quies 5. p. 6. num. 4. Carol. Macig. cap. 71. num. 41. & alij apud ipsos. Quare tota difficultas est inuestigando, an consuetudo sit legitimè prescripta, hoc est ex causa honesta, & rationabilis, & cum reliquis conditionibus ad consuetudinem requiritur. Regulariter autem ita præsumendum est, si Praetatis videntibus, & non contradicentibus obserueretur. Ut autem hæc clarius innovescant, placet subiungere aliquos casus, ex quibus hoc cognosci potest, & in quibus solet prebendatis absentiæ permitti, & distributiones concedi.

3 Primo, in misericordia Ecclesiæ permittitur ex consuetudine præbendatis quatuor menses absentiæ à choro. Quia forte ad strictiores residentiam religiosis anni patribus obligantur; & quia iudicatum est in illa Ecclesia sic concueire præbendatis ad sua negotia componderem, & ad exercitandum tedium, animisunque relaxandum, & ob alias causas honestas, ius excoigitari possunt: ac proinde confenda est talis consuetudo licita, & valida. Neque enim negari potest, hoc ex priuilegio licere. Sed quidquid ex priuilegio licet, licet etiam ex consuetudine legitime introducta. Ergo

4 Secundo, solet permitti, & validè tempore recreationis distributiones quotidianas lucrari. Si enim tempore recreationis fructus beneficij conceduntur, iuxta Trident. siff. 24. cap. 12. de Reformatione, etiam distributiones quotidianæ poterunt ex consuetudine concedi, cum distributiones quotidianæ ex fructibus beneficij fuerint extractæ. Item, quia eadem causa, quæ ad concedendos fructus valeat, valere potest ad concedendas distributiones. Si enim fructus conceduntur, ut sic priuilegiati majori cum alacritate, specialiè fervore, elapsa recreationis tempore officium diuinum perfolunt, si ultra fructus etiam conceduntur distributiones, efficaciùs incitabuntur. Sic docet Couar. 3. var. cap. 13. n. 8. Zeneda in collect. ad ius Canonicum 3. p. collect. 15. n. 7. Moneta: p. quies 1. n. 54. Carol. Macig. de distributione 45. n. 21 & probabile repuat Bonac. diff. 6. quies 5. part. 6. n. 6. & alij relati à Garzia 3. p. cap. 2. n. 248. Neque obstat factum Congregationem declarati Canonicos non possunt in cuiuslibet consuetudinis, etiam immemorialis fructu quotidianis distributiones, illis tribus mensibus, quibus à Concilio permittitur absentiæ, sic decisum refutat Garzia 3. p. 249. AZ. 2. p. 1. b. 7. cap. 7. quæ 1. Totus de Relig. de hor. can. & nr. uer. 0. d. diff. 4. & 5. & Bonacina suprà. Non inquam obstat, quia debet intelligi non posse Canonicos ex cuiuslibet consuetudine Concilio antecedentes, & abique rationabilis causa introductæ percipiæ distributiones. Secus veritatem de consuetudine quadragesima post Concilium, & ex legitima causa introducta.

5 Tertio, valit consuetudo legitimè prescripta percipiendi non solum fructus, sed etiam distributiones per eos, qui Episcopo, & Pontifici inserviant, studiis dann operam, suam iurisdictionem visitant, quia alii negotiis occupantur, ob quæ absentiæ cum acquisitione se. Quum permitti. Quia honestari potest ex eadem causa, quæ honestarum fructuum concessio. Sic Couar. 3. var. cap. 13. n. 8. Holeda de incompatibilitate benef. 1. part. cap. 17. num. 10. Bonacina diff. 2. de hor. can. quies 5. p. 6. num. 19. Garzia 3. p. cap. 2. 322. & 348. A ex. Moneta: p. quies 12. num. 42. Gratiæ. dif. p. for. cap. 16. n. 9.

6 Quartò, consuetudine firmari potest, ut omnes Canonici tempore diuinorum officiorum Missam in eadem Ecclesia celebrantes

celebrantes, siue illam celebrant ex mandato superioris, siue ex devotione, repertentur choro interessentes, & distributiones luceruntur. Quia adeo potest legitima causa talis introductio-
nus, videlicet ut praebendari ad celebrandum excitentur, & ma-
ior populi concutus ad Ecclesiam accedit sciens plura ibi effe
sacrificia. Cedit ergo talis consuetudo in Ecclesia specialem
honorem, & splendorum, praecepit cum ex illa debito fermi-
tio non fraudatur Ecclesia, hoc enim semper pro ocaus haben-
dum est; neque illa consuetudo huic seruio derogans est per-
mittenda. Sic Garzia alios referens 3. p. de benef. cap. 2. n. 401.
Sic uero consuetudine, neque fructus, neque distributiones
luceruntur, nisi iusti fuerint a superiori, ut ex declaratione sacrae
Congregationis comprobatur Garzia supra, & aliis pluribus rela-
tis. Bonacina, disp. 2. quæst. 5. p. 3. § 4.

7 Quinto, idem dicendum est ab eadem ratione de Ca-
nonicis confessiones audientibus. Reparati possunt ex consue-
tuinie choro interessentes, & non solum fructus, sed etiam di-
stributiones lucrari. Garzia supra, ubi ex directorio Ecclesiasti-
ca discipline, tit. de resident. num. 6 huc verba refert. Similiter
eos qui vel sacrificant, vel audiunt confessiones, ipsa hora qua
huc faciunt pro presentibus habendos esse decernimus, non ta-
men ad principales horas iuxta Ecclesiam sua consuetudinem
ingressum fecerint, & sacrificio suo, & confessionibus finiti, si
nondum sit perfectum officium chori, in ipsum redeant.

8 Sexto, tunc consuetudo aliquantum Ecclesiarum, qua con-
ceduntur praebendari aliquot dies absentia ultra tres menses ad
peregrinationem aliquam insignem faciendam, & in quibus
distributiones conceduntur. Quia haec est causa cedens in cul-
tum Dei speciale, & devotionem excitat. Sic Alex. Monet. 2.
p. quæst. 13. n. 46. elo contra decretum sentent. quæst. 6. num. 51.
Neque obstat Sacram Congregationem dixisse Canonicos devo-
tionis causa peregrinantes, & visitantes alias Ecclesias, non lu-
cerari distributiones quotidiana non obstante aliqua in contraria
consuetudine. Sic refert decimum Garzia 3. p. cap. 2. n. 394.
Non, inquam, obstat. Quia debet explicari de consuetudine ante
Concilium introducta, & absque legitimam causa. Secus de
quadragenia, & ex legitima causa introducta, post Concilium
ut placet Zenedo collect. iuris ad 6. decret. 3. p. collect. 15. n. 7.
Azor. lib. 7. cap. 5. quæst. 6. Carol. Macig. cap. 7. n. 139. In
supradicto decr. cap. unico de cler. non resident. in 6. & in Con-
cil. Trident. sef. 24. cap. 12. non reprobatur consuetudo dandi
distributiones quotidiana iis, qui tempore determinato absunt,
sed iis, qui perpetuo absunt.

9 Septimo, valet consuetudo, qui in aliquibus Ecclesias con-
ceditur iubileum absente iis, qui quadraginta annos Ecclesie
inseruerunt: quia ex legitima causa introduci potest. Nam ex
parte Ecclesie introduci potest in signum gratitudinis pro tam
continuo, & perseverante seruitio. Ex parte beneficiariorum, ut
spe iubilationis ad inseruendum continuo excitemus, sicutque
lex a munieribus, & de munieribus, & veteranis milites a munie-
ribus personalibus excusat. Poterit ergo pati Ecclesia ad ho-
rum exemplum suos veteranos milites Ecclesie non tot labores
subire, neque tot periculis exponi, ac exponunt scutuli militis
quoniam excusari legitima consuetudine possunt. Quia sufficit
laborare tanto tempore in obsequium Ecclesie, que pia mater
est, & in suis filios te gratiori vult ostendere. Adeo, hos tan-
quam seces reputandos esse. Si igitur fenibus septuagenariis
concedit & bene Bonacina disp. 2. quæst. 3. p. 6. num. 16. priuile-
gium percepidi fructus, & distributiones in absencia, si con-
suetudine iuuet: etiam debet concedi iis, qui quadraginta anni
Ecclesie inseruerunt, cum ij regulariter fenes sint, & inscri-
mis, & valentianis debent comparari, & iu docet Garzia 3.
part. de benef. 2. num. 344. Moneta 2. part. de distribut. q. 7.
n. 10. & quæst. 12. num. 6. Zenedo 3. p. collect. iuris ad 6. decret.
collect. 15. n. 8.

10 Octavo, admittenda est consuetudo, qua interessentibus
matutini precibus conceduntur roti distributiones, ac con-
ceduntur praesentibus reliquis horis: quia adeo iusta causa con-
suetudis, ut scilicet praebendari ad illius horae assistentiam, que
difficilior est, excutientur. Adeo horas matutinas medium esse
officii. Sic Moneta de distribut. 2. part. quæst. 12. Holfeda 1. p. de
incompatibilit. benef. cap. 17. num. 11. Azor. 2. p. lib. 7. cap. 7. q. 6.
Bonacina disp. 2. quæst. 5. p. 6. num. 14.

11 Nonobis, consuetudine introduci potest, ut obligationi cho-
ri satisfacias, si per alium assitas. Quia haec obligatio assis-
tendi perhuius choro non est ex iure natura, sed ex pre-
scripto Ecclesie, cap. unico de clericis non resident. in 6. Trident.
sef. 24. cap. 12. de Reformatione. Sed ius positivum abrogari po-
test consuetudine legitime introducta, cap. fin. de consuetudine,
& docent omnes. Ergo. Secundum, priuilegium concedi potest, ut
choro satisfacias inseruendo per alium, ut videtur est in coadiu-
toris, que quotidie concedantur. Sed quidquid conceditur
privilegio, obtinere regulatius potest consuetudine, que vim
privilegi habet. Tertiò, posita hac consuetudine nullum Ec-
clesia datum sequitur, cum non priuetur debito ministro.
Quarto, quia in pluribus Italia Ecclesie sic est receptum, ut re-
rat Bonacina, disp. 2. quæst. 1. p. 5. & quæst. 3. p. 6. num. 17. Er-
go. Et ita tenet ipse ibi cum Moneta 2. part. quæst. 12. num. 4.

Beroio, quæst. 114. Carol. Macig. cap. 67. num. 8. Azor. lib. 10.
cap. 11. quæst. 6. Petrus Nauar. 2. de refit. exp. 2. num. 217. Lessio
lib. 2. cap. 34. dub. 33 num. 185. Neque obstat texus in cap. unico
de cler. non resident. in 6. & in Trident. sef. 24. cap. 12. de refor-
mat. quibus obligantur beneficiarii per se diuina officia obire;
neque alii nisi interessentibus conceduntur distributiones,
qualibet in contrario consuetudine reprobata. Non, inquam
obstat. Quia ut sapere dictum est, reprobarunt ibi consuetudines
ante Concilium, non quæ post Concilium ex legitima causa
fuerint introductæ.

12 Decimò, eisdem rationibus firmati consuetudine potest,
ut praebendari sibi ipsi officia supplantent, & vnu pro alio assit
tempore, quo ipse obligatus non est officia afflire, fecus vero
si ipse obligatus est afflire. Quia tunc tua praesentia non po-
sit alterius praesentiam supplere, si deinde Ecclesiam af-
fistitia vnius ministri. In hoc tamen, & precedenti casu spa-
cunda diligenter est causa, ob quam consuetudo aduersus
legem fuerit introducta, quia raro rationabilis, & iusta esse po-
tent.

13 Undecimò, consuetudine obtinere potest, ut non solù
fructus, sed etiam distributiones primi anni concedantur laice-
bus defuncti, & quoniam de fructibus est certum ex Extrin-
fuscepi regiminiis de e. eccl. & tradit. Azor. lib. 7. cap. 7. quæst. 5.
Moneta 2. p. quæst. 12. num. 6. Bonacina, disp. 2. quæst. 5. p. 6.
num. 12. De distributionibus autem sic probo. Quæ est iusta
causa hanc consuetudinem introducendi, nempe ut Can-
onicus recens hanc in suum antecessorem exercet misericordiam.

Dices, in cap. unico de cler. non resident. n. 6. & in Trident.
sef. 2. 4. cap. 12. reprobatur, ut irrationabili consuetudo peti-
cipi distributiones in absentia: non tamen reprobatur con-
suetudo percipiendi fructus. Ergo consuetudo percipiendi
fructus praesentia potest, non tamen consuetudo percipiendi distri-
butiones. Sic Bonacina disp. 2. quæst. 5. p. 6. n. 11. Respondeo
neque distributiones, neque fructus in absentia illegitima per-
cipi posse; fructus enim percipi non possunt licet, est validè
percipiuntur. Distributiones, neque validè, neque iuste perci-
piuntur, sic virga consuetudo percipiendi, inquam in ab-
sencia illegitima fructus, & percipiendi distributiones in supradictis
textibus reprobatur. Sed non obstante hac reprobatione
praescribi consuetudine potest, ius percipiendi fructus in ab-
sencia, cum absencia ex honesta causa procedit. Ergo etiam
praescribi potest consuetudine ius percipiendi distributiones.
Addo in supradicto casu hæc defuncti non lucratur distri-
butiones, sed ipse Canonicus recens illos hæc defuncti
lucratur, quod nullo texu prohibitum est.

14 Duodecimò, consuetudine praescribi potest, non esse obli-
gatos Canonici Matutini intercessi, cum hora intercessio, vide-
liet media nocte dicuntur. Triamis ad principium noctis
dicantur, audio in multis Ecclesias vigore consuetudinem, non
esse obligatos intercessi. Quia cum ordinarii Canonici Cathe-
drales delicas compunctionis sunt, ob eorum valeritudinem con-
seruandam poterit introduci consuetudo exclusas ad horas iam
incommoda interessentia. Est enim rationabilis causa, si
quidem per mansionarios, aliosque inferiores ministros sufficien-
ter choro prouident. Sic docet Garzia 3. p. de benef. cap.
n. 32. Garzia p. 35. in fine, in contrario. Quia responderi non
aliter a principio Concilium esse receptum.

15 Decimotertio, introduci potest consuetudo, & fieri in om-
nibus Hispania Ecclesis est introducta, ut Canonici lucifascians
grossam, seu praebendari fructus assistendo choros paues diebus
in anno, vel una hora singulis diebus. Quia haec consuetudo
non est contraria dispositioni Concilij. Siquidem non tollit quo-
dam fructus acquisitus priuari possit. Canonicus si in aliqua
parte anni non resederit Garzia 3. p. de benef. cap. 2. num. 320.
Numquam tamen credo introduci posse consuetudinem, ut lu-
centur distributiones reliquarum horarum iij, qui una tantum
hora assistunt. Quia non se mihi offert iusta, & rationabilis
causa huius introductionis. Cum haec introductio diminuat di-
uinum cultum, & remissionem, relaxationemque foratur. Si
Bonac. disp. 2. quæst. 5. part. 6. num. 10. cum Graffis 2. p. lib. 3.
cap. 15. Moneta 2. p. quæst. 3. num. 50. Idem a fortiori censio de
illa consuetudine, vel potius corruptela, qua distributiones con-
ceduntur iis, qui in principio, vel in fine hora assistunt, etiam
ad reliquias partes absentes fuerint.

16 Decimopartio, sustinenda videtur consuetudo, quo-
deundebus ex aliquo negotio Ecclesie vtili conceduntur duo, vel
tres dies vacationis, ut possint quieteere ex iuncte, facilius
componere, & vites affluere ad choros assistentiam, est enim
haec causa rationabilis iubilæi, & distributiones concedendi.
Cum hori iubilæum in utilitatem Ecclesie cedat, cuius causa
praebendarum defatigatus fui: atque alij ad inferendum Ec-
clesia incitantur. Adeo illo tempore pro absente habendum
est, & leg. ab hostibus. S. ultimo in fin. ff. ex quibus cas. mai-
Moneta de distributionibus 2. p. quæst. 1. num. 49. q. 9. q. 40.
Graffis 2. p. decif. lib. 3. cap. 15. n. 1. Zenedo 3. p. collect. iuris
collect. 15. num. 7. Bonacina distributione 2. quæst. 5. p. 6.
num. 20.

Quod

Quod dictum est de reuertente ab itinere , dicendam est de profectuuo ad illud , concedi ex consuetudine illi postea duos , vel tres dies pro itineris præparatione . Quia se ad viam repa- ratur necessarij , & dum quis se ad viam preparat , censetur in illa esse iuxta legem , qui mittuntur . §. similiter . & ibi glossa in verbo agere , si ex quibus causis maior , & ex leg. Legato . ff. de legato , in quibus probatur legatum censeri in legacione , dum se preparat , ut proficiatur , & notauit doctissimus Menochius lib. 3. de Arbitr. cap. 33. in fine .

17 Secundum vero consuetudine prudentis arbitrio pensan- dum est , quod dies absentias tam profectuuo , quam reuertitu debent concedi , secundum personarum , rerum , & negotiorum qualitatem ; ut bene ex Baldo aliisque Doctotoribus probat Menochius supra , forte iter breve est negotiumque non difficile , ut solum virus diei recreacionis , vel præparationis sufficiat .

18 Decimoquarto : consuetudo , que in aliquibus Hispania Ecclesiis vigeret , ut prebendati singulis mensibus unum , vel duos dies vacationis alsumant , pro confiteone barbare , & in eis distribu- tiones lucerent , mihi non probat . Quia non videtur ex causa iusta , & rationabili introduci posse , cum breui tempore huic ne-cessarii satisfacti possit absque absentia chorii , & diminutione divini cultus . Doct. Gerzia 3. p. cap. 2. num. 245. cum Alex. Moneta 2. p. quæst. 13. n. 45. Aduersus Nauaratum de orat. cap. 5. p. 21. & cap. 21. num. 64.

19 Sed inquires ? An econtra possit consuetudine introduci , ut intercessentes diuinis officiis nullas distributiones lucerent ? Ratio difficultatis est : quia aduersus ius naturale introduci non possit consuetudo , sed de iure naturali debetur ei , qui a tali seruit . ut de altari viuat . Ergo introduci non possit negatio distributionis ei , qui ex obligatione diuinis assit . Sic Tsch. ocl. 1. c. 14 n. 4.

Ceterum omnino affirmandum est consuetudine introduci posse , ut nullas acquirant distributiones intercessentes diuinis . Sic docute Azt. 2. p. lib. 7. c. 7. 9. 5. ad finem . Moneta 2. p. quæst. 12. n. 40 circa medium . Bonacina . disp. 2. quæst. 5. p. 6. num. 21. Ratio est , quia state optime potest obligatio assistenti choro absque distributionum concessionem , si abunde haec obligatio compen- sator fructibus beneficii in fine anni concessis . Ergo hæc con- suetudo non est contra ius naturale . Ergo introduci potest . Adiu- tamen facta distributionum divisione , & constitutione qua ca- veat intercessentes distributiones deberet , censeo sustinen- dam non est consuetudinem , que intercessentes supradictas distributiones negaret , nisi ad summum pro aliquo determinato , bieisque tempore . Motetur : quia non se mihi offert iusta , & rationabilis causa talen consuetudinem introducingendi : cum cedat talis consuetudo in diminutionem diuinum cultus , ob cuius augmentum Concilium distributiones ccedat , & exhortatur Prelatos , & saltem tertiam partem beneficiorum in has distri- butiones convertant .

Dixi , nisi pro aliquo determinato , bieisque tempore . Quia tunc videor compensari posse ille a denegario , casu quo pro alio tempore distributiones augeantur ; quia pro illo tempore diligenter chorus interuenient : & sic quod in una parte detrahitur , in alia compensatur .

Sicut consuetudo introducatur , ut nullus infirmus , vel in negotio Ecclesiæ impeditus distributiones luceret , validæ erit- tis consuetudo . Quia adeo rationabilis causa illius introduc- tions , scilicet ne diuinus cultus diminuatur , & omnes ad as- sistendum existent . Si Hofseda , de incompat. benef. quæst. 17. num. 19. Moneta 2. p. quæst. 12. num. 40. Carol. Macig de hor. en. c. 7. 1. num. 30. Gerzia 3. p. c. 2. num. 361. Vbi referat sacram Congregationem in hac verba declarat . Consuetudo in aliqua Ecclesiæ introducatur , ut Canonici infirmi fructus tantum sua- præbenda , non distributiones quotidianas percipiant , si legi- mis prescripta sit , solit constitutio : preferuntur autem spati- quadriginta annorum . In referat Gerzia supra .

20 Hinc à fortiori confat validam esse , & firmam eam con- suetudinem , qua cauerit non reputandum esse infirmum , nec vi talem lucrat distributiones , cum , qui extra ciuitatem existit , vel domo exit , neque ad Ecclesiæ accedit , vel qui Capitulum de sua infirmitate certum non facit . Quia consuetudo haec niti- tur ultra rationem superius astigaram in vitandis fraudibus , que sine dubio facilis contingere , si prebendatis ob infir- mitatem à choro excusat permitteretur liberè domo egredi , & percipiuntem eusagari . Quocirca Gerzia referens alios , 3. p. c. 2. num. 43. exiftimus hanc consuetudinem , & statutum non contrarie text . in canonico de clericis non residente in 6. In quo infi- mis conceduntur distributiones ; fed illius textum ita declarandum , & limitandum , ut intelligatur de infirmis domo non ex- cunibus . At credo hanc limitationem contrarium esse illius tex- tus dispositionem . Quia hic textus omnibus verè infirmis hanc prærogativam concedit . Ergo consuetudo limitans ad infirmos domi manentes ex parte detegat supradicta constitutionem . Sicut detegat consuetudo , qua cauerit , ne reputetur infirmus ab ens tatione infirmitatis , si cum priuum è domo exit non se Ecclesiæ praedenteret . Et sicut detegat . Ad auientiam de cler. non resid. consuetudo , vel statutum , quo cauerit , ne familiates Episcopi tangam prelentes numerentur , nisi determinato tempore electi faciunt , vel pro aliquo determinato tempore . Nullam

Ferd. de Castro Sum. Mor. Part II.

enim in his casibus differentiam inuenio , quidquid contra sentiat Gerzia supra . Verum est hæc consuetudo contraria sit supradictæ dispositioni , illam tamen derogare potest , si quadra- genario sit præcepta .

Aduertit tamen Gerzia , & bene dicto c. 2. num. 437. consuetudinem præscriptam , ne infirmi , vt tales repudent , si domo excent , non debet intelligi de infirmitate , & notoria laborantibus , qualis est prodagra , paralyticus . Quia duram esset hos artata , vel ad nonquam excludendum domo , vel ad catendum distributionibus , quæ infirmi debent & conceduntur .

21 Hucusque egimus de consuetudine lucrandi distributiones , que ex beneficiis sunt deducere ; si autem de distributionibus ; que ex testatorum voluntate donantur intercessentibus diuino officio , anniversariis , & missis loquamur .

22 Consuetudo est nulla consuetudine introduci posse , ut absentes lucerent distributiones . Ratio est manifesta . Quia aduersus ius naturale prevalentem non potest consuetudo , quia est irrationabilis , & turpis ; sed ex iure naturali debentur haec distributiones , quibus concedunt , & applicant . Cum ergo solum intercessentibus applicent , illis solis debentur . Et ita ferè in omnibus Hispania Ecclesiis ius virus obtinuit , ut haec distributiones , neque infirmi , neque in utilitate Ecclesia occupatis , neque alia quævis legitima causa impeditis dividantur , sed solum intercessentibus . Supradicta procedunt in legatis relictis pro iis , qui anniversaria , & mortuaria celebrant . At si sub nomine communis legatum relictum sit , scilicet tali Capitulo , & Ecclesiæ diuina celebantur , tunc consuetudine præscribi potest , ut non solum intercessentes officium , sed etiam inter eos , qui absunt , dividantur . Quia non est talis diuinis contraria intentionis restarum . Sic alii relatis . Moneta , 2. p. de distribut. quæst. 2. num. 22. & 24. Bonacina . disp. 2. de hor. can. quæst. 5. punct. 6. n. 8.

§. XIII.

An absens à choro distributiones luceris : Si ali-
Canonici quibus distributiones absentes
competunt , tibi donent , remittant ,
vel transfigant .

1. Quid sit donatio , remissio , & transfigatio .
2. Si tibi donentur distributiones ab illis Canonicis , qui illas possident , poteris licet tenere , dummodo sint data omni liberaliter .
3. Qui si Capitulum , antequam dividantur distributiones , tibi denerit et credo inutiliter doneare .
4. Si Canonici distributiones sibi applicandas tibi remittant , inutiliter est remissio .
5. Probatur supradicta intelligi de remissione distributionum acquirendarum , non acquistarum .
6. Probabilitas est de omnibus intelligi .
7. Licitas est transfigatio de distributionibus sub dubio debitum .

1. Donatio illorum est , quæ in tua sunt potestate , & dominio . Remissio illorum , quæ tibi debentur , & ad quæ habenda ius habes . Transfigatio est compotio super debito dubio , & incerto . Transfigatio enim & recedit ab actione exigendi debitum integrum , eo quod tibi pars aliqua solvatur . Collusio est mutua debitorum remissio , seu condonatio . His positis .

2. Dico primum . Si tibi donentur distributiones amissæ ab his Canonicis , qui illas possident , poteris illas licet & validè reti- nere . Quia Concilium non prohibitet donationem propriam , sed remissionem , vel collusionem . Ita Moneta de distributionibus 3. p. q. 5. num. 6. Nauar. de orat. misell. 59. num. 4. & consilio 5. de cler. non resid. Suatez , tom. 2. de relig. lib. 4. c. 30. num. 17. Bonacina . disp. 2. de hor. can. quæst. 5. p. 7. §. 2. Hoc tamen intelligendum est , dummodo sint date omnino liberaliter : alias non est vera donatio . Quare si ex aliqua conuenientia , vel tecum vel cum Capitulo celebrata concedantur , ut potest contingere ; si Capitulo tradat tuas amissas distributiones intercessentibus , ea conditione , ut ipsi eas tibi reddant , vel tibi tradat , & tu intercessentibus concedas ea conditione , ut ipsi tibi restituant , nulla est tunc donatio , neque acceptas distributiones retinere potes . Quia ex iusta , & iniqua obligatione imposita illas accipis . Sic Nauar. Moneta , & Bonac. supra .

Notanter dixi , si tibi donentur distributiones amissæ , ab iis Canonicis , qui illas possident . Nam ante possessionem non habent , quid donent nisi ius ad illas habendas ; cuius donatio est proprie distributionum remissio , quæ à Concilio prohibetur . Illas autem possident , ex ipso , quo sint distributa à Capitulo , & intercessentibus assignatae , et apud Thesaurarium remaneant . Quia tunc remaneant apud ipsum non tam nomine Capituli , quæ nomine singulorum Canonicorum .

3. Sed quid si Capitulum antequam dividantur distributiones , mandet tibi amissas donare . Poteris illas accipere ? Ratio difficultatis est . Quia in Concilio sola remissio , non do- natio videtur prohibita : Sed hæc non est propriæ remissio , sed donatio , quia est rerum , quæ à Capitulo possidentur . Ergo .

E Nihilom